



~~11-58~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
11-58  
SIGNAT. clvccccxiii.



*Ad*  
*Per-Illustris Eminentissimiq; Viri*  
**FRANCISCI BACONIS**  
**DE VERULAMIO,**  
**VICE-COMITIS S. ALBANI,**  
*Sub Serenissimo Sapientissimog;*  
**JACOBO I.**

*Magnæ Britanniaë Rege,*  
*initio Magni Angliæ Sigilli Custodis,*  
*postea Magni ibidem Cancellarii,*  
*Togatorum Ministrorum Principis,*

**FABRUM FORTUNÆ,**

*sive*

**DOCTRINÆ DE AMBITU VITÆ,**  
**VRAT. IN OFFICINA BONÆ MENTIS**

*ELISABETANA,*

*Certis Fabricis in posterum per vices temporum edendis,*  
*Sub Incude Oratorii Experimenti Examinandum,*

**APPARATIO;**

**In Solemni Anniversariâ Donativo-**  
**rum distribuendorum Panegyri,**

**III. NON. JUN. A. C. cl<sup>o</sup> lxx XLIX.**

*celebranda,*

*premissa;*

*Accurante*

**CHRISTOPHORO COLERO,**

*Historiarum & Eloquentiæ Professore.*

---

*Vratislavia, Typis Georgi Baumanni.*

82





*Lectori & Auditori Fabricæ Baconianæ  
benevolo S. D.*

**D**uo esse, quibus universum humanæ Vi-  
tæ curriculum vertitur, nempe Negoti-  
um actuosi hominis publicum, & occu-  
patum Sapientis Otium, & Ratio, con-  
siliis & actionibus humanis data à Deo  
immortali moderatrix, documento, & Exempla mo-  
numento sunt. Negotium quidem publicum pul-  
chrius, præstabilius & utilius esse, omnes rerum intel-  
ligentes, sed nec Ocium aspernabile esse, aut absur-  
dum quiddam & inutile, iidem ex Delphico pellu-  
cidæ veritatis tripode statuerunt. Tullius sanè in  
Rep. Romanorū ultimâ, honorib<sup>9</sup> ac magistratibus  
feliciter ac salubriter gestis, verè magnus, utrumq; in  
aliis probavit & laudavit, ac ipse suo exemplo diver-  
sis Reip. temporibus confirmavit. Ille enim ex suo  
ingenio & ore, præsentibus æmulis & obtreçtatori-  
bus sapere videretur, consummatissimum illud vir-  
tutum exemplar & vivam imaginem, introducens  
ita disserit: *M. Catonis* (cujus sanctissimi & divini  
Semonis auctoritas Romanis pro ratione fuit)

*Pro Cn. illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper  
Plancio, magnificum & præclarum putavi, clarorum virorum  
atq; magnorum, non minus otij, quam negotij rationem ex-*

*stare*

*stare oportere.* Utrumq; a. illud, tanquam Helicen & Cynosuram, bonum publicum & salutem communem respicit, aut certè debet; si quis ad veram metam & scopum collineare vult. Nec solum contra rationem est, sed iudicio ejusdè Romani Politici, *communis utilitatis derelictio contra naturam est.*<sup>l. 3. Offic.</sup>  
Quapropter cordatè & animosè gravissimos suos in<sup>c. 3.</sup> Senatu Collegas adhortatus est, ad constantiam in communi patriæ periculo ostendendam: *Stare omnes*<sup>ProPlan-</sup>  
*debemus tanquam in orbe aliquo reip.* Qui cum jam ver-<sup>ci.</sup>  
*sat, eam deligere partem debemus, ad quam nos illius utilitas salusq; converterit.* Nec alio quàm communis utilitatis respectu, ad Plancum necessarium suum & intimæ admissionis amicum, cum ipsi nihil gratius & suavius esset, quàm bene rem gerere bono publico, scripsit. *Nec quicquam ex omnibus rebus hu-*<sup>l. 10. fam.</sup>  
*manis est præclarior aut præstantior, quàm de Rep. bene*<sup>cap. 5.</sup>  
*mereri.* Ut verò occupatissimus hic Romanæ Reip. Togatorum negotiorum exantlandorum, ita quoq; Otij intra & extra Remp. rationem habuit, ut publicè apud omnem posteritatem verus usus fructus constiterit. Nam cum interdum ab arduis reip. laboribus & forensibus molestiis, in villas & secessus, Cumanum & Tusculanum animigratiâ reficiendi, diverticulum fecit, non ibi segni & ignavo otio, aleâ, aut Conviviis, & luxu tempus perdidit, sed egregios Philosophiæ partus in nidis senectutis suæ edidit æternos. Ac cum nulla esset Resp. & nullus opti-



mo civi de patriâ rectè sentiendi & dicendi locus, ad  
 libros, quos eleganter alicubi veteres suos familiares  
 dixit, ubi sine spe & metu, sine studio & odii partium  
 lib. 1. De liberè sententiâ tulit, reversus est, existimans *subsidi-*  
 Orat. *um bellissimum esse senectuti otii*; cui sanè nihil dulcius  
 & suavius, eo verè sapiente, literato, & negotioso,  
 fuit, veluti ipse in Contubernio Tranquilli Animi,  
 lib. 5. Tusculanis Quæstionibus, optimæ frugis libris lau-  
 dat. In hanc sapientem, de Negotij & Otij, æquè  
 habendâ ratione, sententiam Tullij Sallustius, adhuc  
 amicus & familiaris lubens descendit, florentissi-  
 mus Rerum Romanarum Auctor; quando in Cati-  
 c. 2. & 3. linariâ suâ Conjuratiōe ita scribit: *Is demùm mihi,*  
*vivere, atq; frui animâ videtur, qui aliquo negotio inten-*  
*tus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.*  
*Sed in magnâ copiâ rerum, aliud aliq̄ natura iter ostendit.*  
*Pulchrum est, benefacere Reip. etiam bene dicere, haud*  
*absurdum est. Vel pace, vel bello clarum fieri licet. Et qui*  
*fecere, & qui facta aliorum scripsere, multî laudantur.*  
 Mart. 1. Quibus brevibus & planè nervosis verbis docet,  
 14. Crispus Românâ primus in historiâ,  
 Eum ipsum aliquo negotio intentû esse, qui aut præ-  
 clari facinoris editi, aut artis bonæ famam quærat; ac  
 pulchrû esse, si quis Reip bene faciat, quod est nego-  
 tij, nec absurdum & ineptum esse, si quis bene dicat,  
 quod est otij literati & sapientis opus. Sed quid Ad-  
 vocatus ille bonæ mentis Seneca, quem utilissimus  
 1, 3. c. 3. Rei Rusticæ scriptor Columella, virum excellentis  
 ingenij

ingenij & doctrinæ, Tacitus Prudentiæ civilis filius, multarum rerū experiētiā cognitum, ex fide nuncupant; qui cum Burrho gravissimo viro, Neronianæ pueritiæ & adolescentiæ moderatissimus rector, negotia aulica otio sapiente & literato, sed actiuo, aptissimā mixturā dispunxit, ad Censuram & arbitrium vocatus in medium proferet? Is quidē saluberrimus humani generis Præceptor, cuius bonæ mentis studioso præcipit, ut secum prius examen instituat, an vitæ, vel scholæ, negotio vel otio natus sit. *Considerandum est, ait, utrum natura tua agendis rebus, an otioso studio contemplationiq; aptior sit: Et eò inclinandum, quò te vis ingenii defert.* Isocrates Ephorum injectâ manu à foro subduxit, utiliore componendis monumentis historiæ ratus. *Malè enim respondent coacta ingenia. reluctante naturâ irritus labor est.* Idem Romanus Sapiens alibi alijs verbis sensit: Tenenda nobis vita est, quam natura præscripsit nec ab illâ declinandū. Illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt; contra illam nitentibus, non alia vita est, quàm contrâ aquam navigantibus. Hæc omnia respiciunt breve & ponderosum communis mortalium doctoris, Socratis monitū dicentis: *ὁ βίος ἀεμόζων ἀλυπότερος;* Vita conveniens & apta, minus molesta. Hæc ideò altius repeto, quod vulgus nostratum hominum in omnibus actionibus suis, semper in contrarium, naturali suæ inclinationi & indoli nitens, plerumq; invitâ Minervâ universa sua discat, dicat, agat. Sed

De  
Tranq.  
Anim. c.  
6.



ut nos in lineam, à qua paulò digressi sumus, recipiamus, Annæus, in Negocijs pariter Ocioq; ubiq; magnus existit. Nam ut primum Pater M. Annæus Seneca, Equestris ordinis Vir, & insignis Rhetor, filium suum L. Annæum è Contubernio & scholâ Declamatoriâ dimissum, latum clavum sumere suasit, initialis ille honorum Candidatus, primò Quæsturam gessit, in quâ adipiscendâ suffragium materteræ suæ agnovit: ac deinde ab exilio redux Præturam sub Cajo gessit, Agrippina ei honorem procurante. Ita non Imperatoriorum arcanorum penetrabilissimus

l. 12. An.  
c. 8.

enim arbiter Tacitus memorat: *Agrippina veniam exilij pro Annæo Senecâ, simul Præturam impetrat à Cajo marito, latum in publicum rata, ob claritudinem studiorum ejus; utq; Domitij Neronis pueritia tali & tanto magistro adolesceret, & consiliis ejusdem ad spem dominationis uteretur.*

Consulatum autem eum gessisse, licet alij velint factum, tamen quia Fasti annum certum non definiunt, conjecturas Doctorum in medio relinquimus. At perpetuus Annæi honos sit & eminent, Principis Juventutis Domitij Neronis doctorem moderatoremq; fuisse; optimi sanè per consummatissimum Quinquennium rectoris tertarum, quamdiu Senecæ consiliis monitisq; locum dedit. Ac cum callentissimus Aulicæ Vitæ Sapiens, refrigeratam in se Neronis gratiam, ab obliquis, invidis & obrectatoribus suis, opertis & apertis, quos Cornelius  
noster



noſter aliis in aula degentibus in Speculo quaſi intuen-  
endos proponit, ſibi conflatam, animadvertiſſet, ab  
eo tempore, *inſtituta prioris potentia commutavit*, cœ-1. r. An.  
*tus ſalutantium prohibuit, comitantes vitavit, rarus perc.* 56.  
*urbem, quaſi valetudine inſenſâ, aut ſapientia ſtudiis do-*  
*mi attineretur.* Qui in omnibus obvenientibus ca-  
ſibus, ac ipſâ mortis imperatâ extremâ neceſſitate,  
fidens animi & innocentia plenus, *inter eas res bea-* c. 9. 4.  
*tum ſe eſſe, ait, quæ ſolent miſeros facere alios.* Ac Hel- Conf. ad  
viam matrē ſub finem Alloquii ſui maſculè jta affa- Hel.  
tur: *Qualem me cogites, accipe: letum & alacrem, ve-*  
*lut optimis rebus. Sunt autem optima, cum animus omnis*  
*cogitationis expers, vacat operibus ſuis, & modò ſe leviori-*  
*bus ſtudiis oblectat, modò ad conſiderandam ſui univerſi-*  
*naturam, veri avidus, inſurgit.* Quo ipſo animi  
ſenſu & vitæ ita actæ modo ſignificat, nec homines,  
nec negotia obſtare Bonæ Menti. Audiamus ejus ef-  
ficacia in hanc rem indignantis verba: *Mentiuntur,* Epist. 12.  
qui ſibi obſtare ad ſtudia liberalia turbam negocio-  
rum videri volunt: ſimulant occupationes, & au-  
gent, & ipſi ſe occupant. *Vaco, mi Lucilli, vaco;*  
& ubicunq; ſum, meus ſum. *Rebus non me trado,*  
ſed commodo: nec conſector perdendi temporis,  
cauſas: quocunq; conſtiti loco, ibi cogitationes meas  
tracto, & aliquid in animo ſalutare verſo. Ex quâ  
cogitatione, & me letemate hoc breviculo noſtri Phi-  
loſophi, compertum habemus, poſſe omnino appri-  
mè concordem actionum & vacationum conjun-  
ctionem

ctionem fieri. Sed tamen tot laboriosis & periculo-  
sis Aulæ Neronianæ Syrtibus allisus Sapiens, se quan-  
tum licuit subduxit, ad secessum tranquillæ mentis,  
& otium literatum, non ignavum, sed actuosum,  
Votum & desiderium animi sui non uno in loco im-  
mortalium Operû suorum, præcipuè sapientissimo  
de Tranquillitate Animi Opusculo, prodit: Opti-  
mum erat (ut ait Athenodorus) actione rerum &  
Reipub. tractatione, & officiis civilibus se detinere.  
Nam ut quidam sole, & exercitatione, & curâ cor-  
poris, diem ducunt, athleticq; utilissimum est, lacer-  
tos suos, roburq; cui se uni dicaverunt, majore tem-  
poris parte nutrire: ita nobis animum ad rerum ci-  
viliam certamen parantibus, in opere esse, non lon-  
gè pulcherrimum est? Sed quia in hac, inquit, tam  
insanâ hominum ambitione, tot calumniatoribus  
in deterius recta torquentibus, parum tuta simplici-  
tas est, & plus futurum semper est, quod obstet,  
quàm quod succedat, à foro quidem & publico rece-  
dendum est: sed habet ubi se etiam in privato lare  
explicet magnus animus. Nec ut leonum animaliumq;  
impetus caveis coërcetur: sic hominum, quorum  
maximæ in seductu actiones sunt. Ita tamen  
delituerit, ut ubicunq; otium suum absconderit, pro-  
desse velit, & singulis & universis ingenio, voce, con-  
silio. Nec enim is solus Reip. prodest, qui candi-  
datos extrahit, & tuetur reos, & de pace belloq; cen-  
set; sed qui juventutem exhortatur, qui in tantâ bo-  
norum

norum præceptorum inopiâ, virtute instruit animos,,  
qui ad pecuniam luxuriamq; cursu ruentes prensat,,  
ac vi trahit, & si nihil aliud, certe moratur; in pri-,,  
vato publicum agit. Hæc Noster ille sæpè quidem,,  
sed nunquam satis laudatus Romanæ Reip. ac Impera-  
toriæ Aulæ Sapiens, ex Dodonæa quercu factus vates  
divinavit. Triumviris illis florentis Romanæ Reip.  
Semonibus istios, nominatim Plinium, Aufonium,  
Symmachum, Cassiodorum, alios cadente Imperio,  
inter Negotia publica Aularum & Curiarum enutri-  
tos, ac curis fessos, inter Otia refectos, qui omnes o-  
tiosi esse, quâ nihil agere duxerunt, subjungere pos-  
semus, nisi temporis ratio habenda esset. Plinio  
quidem Attico illi Oratori, & Optimo sub Optimo  
Principe Trajano Imp. Aug. Consuli, ab Euphrate  
Philosopho otioso consolante suasum erat, ut ipse his  
verbis confitetur. *Hanc esse Philosophiæ, & quidem* l. i. Epist.  
*pulcherrimam partem, agere negotium publicum, cogno-* 10.  
*scere, promere & exercere justitiam, quæq; ipsi doceant, in*  
*usu habere.* Sed oculatissimo illi Cæcilio ad pri-  
stinam Otij Philosophici dulcedinem aspiranti ab  
Euphrate non satis bona fide persuasum fuit. *Nam*  
*distingor (verba Consulis Plinii sunt) officio ut maxi-*  
*mo, sic molestissimo. Sedeo pro tribunali, subnoto libel-*  
*los, conficio tabulas: scribo plurimas, sed illiteratissimas*  
*litteras. Mibi tamen hoc unum non persuadet, satius esse*  
*ista facere, quam cum illo dies totos audiendo dicendoq;*  
*consumere.* Hic quomodo arduis in Rep. negotijs &  
B periculis,

periculum, in honoratissimo pariter & onerosissimo  
consulat<sup>o</sup> Officio, ac præfecturis provinciarum Opt.  
Trajano Imp. Senatui & Populis, sese approbaverit,  
ac indulgentibus Principe, Senatu & Imperiis, in se-  
cessibus suis ac villis variis egerit studueritq; , ita ut a-  
ctionum ac studiorum nomine cum æquali suo Tacito  
agnitus, sic & æstimatus fuerit, ipse gloriæ paulò  
plus appetentior, in suis Epistolis manifestavit: a-  
deò ut supervacaneum esset, prolixè in ejus scripta  
excurrere. Sed possit mihi aliquis Aculeo aut semi-  
doctus Curio controversiam movere, paucos illos ab  
Antiquitate Sapientes, in Negotii pariter & Otiè re-  
ctè habitâ ratione, ambidextros allegatos fuisse, sed  
in nostrâ ætate nullum existere illis parem aut saltem  
secundum? Admirandos quidem esse illos consum-  
matus veteres, tamen nec ingenia nostrorû tempo-  
rû despicienda statuo: quippe neq; hodiè adeò lasaã  
& effætam esse naturã constet, ut nihil iam laudabile  
parturiant. Hoc ipsum superioribus annis probatum  
ivi, exemplo Eminentis, in diversis Aulis Tessara-  
nacti & Gephyrii maximorum Principum, Viri Jo-  
HANNIS BARCLAI; qui in liberali ingeniorum scho-  
lis & celsarum mentium officinis enutritus, tam ma-  
turos vitæ civili utilissimos fætus, Iconem Animo-  
rum & Argentidem edidit: ac nunc Illustris & sum-  
mi Viri Francisci Baconis Vice-Comitis S. Albani  
in regno Anglico, initio Magni Angliæ Sigilli Custo-  
dis, postea Summi Cancellarii, qui & Negotiis Re-  
gni

gni publicis, ac Otio Sapiientis, consulendo, agen-  
do, legendo & scribendo, ac novaplane viâ ad fa-  
mam & gloriam iter præstruendo, antiquis Par, no-  
strisq; superior plerisq; eminuit. De cujus secundi  
Angliæ Mori, sed beatioris (quippe ei quod viris ma-  
gnis rarò, <sup>in Bavaria</sup>, præsertim in illo cruento regno,  
contigit) natalibus, studiis, vitâ publicâ & privatâ,  
actionibus & scriptis, cum singula ex libris ejus edi-  
tis erui non queant, ab amicis foris edoctus, in proxi-  
mâ Panegyri, sufficientiùs agam. Ex Scriptis au-  
tem illius tam Theoreticis quàm Practicis, suasu  
nonnullorum summatum virorum, selegi mihi FA-  
BRUM FORTUNÆ, sive *De Ambitu Vitæ*, argu-  
mentum quidem veteribus ex longinquo visum &  
intellectum, sed, iudicio ipsius nostri fortunatæ hu-  
jus fabricæ Architecti, à nullo antehac tactum;  
tùm quia omni hominum generi apprimè cognitu  
utile, tum quia confine est Barclajanæ Animorum  
Iconi, ac propè consanguineum. Nam ut illud  
Thema de fabrica Virtutis Moralis agit, ita hoc præ-  
sens de Architectonicâ Fortunæ, quatenus ea Politi-  
cum hominem efficit. Ipse Laconismi artifex Ba-  
co expositam suam mercem pro me commendet,  
“ quando inquit: *Primo quidem intuitu, novum quod-*  
“ *dam & insolitum argumentum tractare videbor;*  
“ *docendo homines, quomodo fortunæ suæ fabri fi-*  
“ *eri possint: Doctrinam certè, cui quivis libenter*  
“ *se discipulum addixerit, donec difficultatem ejus-*



dem habuerit perspectam. Non enim leviora  
sunt, aut pauciora, aut minus ardua, quæ ad fortu-  
nam comparandam requiruntur, quàm quæ ad vir-  
tutem. Resq; est æquè difficilis ac severa, fieri  
verè Politicum, ac ferè Moralem. Hæc ille. Ut  
mechanici Opifices & Artifices, aliquod magni opi-  
ficii, aut artificii specimen edituri, minoribus præ-  
exercitamentis præludere solent: ita etiam Libe-  
ralium Artium magistri in contractiore materiâ pe-  
riculum faciunt, ut rei difficultatem & profundita-  
tem ex longinquo præmetiantur, ac postea certiores  
facti, tutius & securius insistant & persequantur.  
Quemadmodum etiam nautæ intacto antea in mari  
minori navigio cursus explorant: ita ego in alto &  
profundo hoc fabricæ fortunatæ, ut sic dicam, pela-  
go, altitudinem & profunditatem argumenti hac vi-  
ce levioribus experimentis prætentare volui. Nam  
Declamatorum meorum in Scenam hanc Oratori-  
am productorum Primus, statim objiciet illud Plinii:  
*Ut satius est unum aliquid insigniter facere, quàm pluri-  
ma mediocriter: ita plurima mediocriter, si non possis  
unum insigniter.* Ac ex Joannis Huarti Examine  
Ingeniorum inferet, unum hominem ad unam tan-  
tum disciplinam propensionem habere naturalem:  
eoq; videndum esse, ut quisq; eam disciplinam, ad  
quã indoles nativa ipsum ferat, unicè sectetur, cū ex  
naturæ & artis conjunctione summa perfectio exi-  
stat. Ac hæc universalis propensio (quam Ale-  
xander

I.  
ll. 9. epist.  
29.

xander Aphrodisæus, Græcus Topicorum Aristote-  
lis interpres, *εὐφροσύνην πρὸς πάντα μαθήματα* bonam indolem sub fin.  
lib. 8.  
ad omnes disciplinas vocat, & quod mirum, incli-  
nationi ad unam certam disciplinam postponit) ob-  
vitæ brevitatem, & avocamenta varia & impedi-  
menta, rarissimè potest in actum deduci, ut quis in  
omnibus præcellat. II. Primum Declamator Secun-  
dus excipit, qui Sallustianum supra allegatum testi-  
monium affert, & distinctas plerumq; esse operas,  
de rep. merendo, vel benefaciendo, vel bene dicen-  
do, & haud parem æquè sequi gloriam Scripto-  
rem, ac Auctorem rerū, asserit. Sed, licet rariùs, obti-  
gisse tamen olim & obtingere adhuc hodiè in utroq;  
famæ gloriæq; quærendæ aucupio ambidextros fuis-  
se, apud Græcos Aristidem, Periclem, Xenophon-  
tem, Demosthenem, alios: apud Romanos, Cæsa-  
rem ipsum, Augustum, Pompejum, Ciceronē, Var-  
ronem, Catones, Sallustiū, alios, eminuisse probat.  
E recentioribus multis unum atque alterum nomi-  
no, Nicolaum Machiavellum Florentinæ Reip. Se-  
cretarium, & Cæsaris Borgiæ Consiliarium, ingenio  
igneum, volucrem, & aquilinum; Philippum Comi-  
næum, utilissimum, experientia ipsa natum, Pruden-  
tia educatum, ufuiq; publico adustum, & Auctorem  
& Scriptorem pariter rerum, sub Ludovico XI. &  
Carolo VIII. Galliarum Regibus florentissimum;  
Michaelem Hospitalem sub Francisco II. & Ca-  
rolo IX. Togatorum Principem & Magnum Regni  
B s Gallici

Gallici Cancellarium; in vicino Poloniae Regno in  
Toga & Sago incomparabilem, & verè Herculem  
Musagetam, Johannem Zamolscium; ac in Angliae  
Regno Thomam Morum Vtopiensium Reip. in-  
ventorem & digestorem, ac Franciscum Baconem,  
Cancellarios, illum sub Severo Principe Henrico  
VIII. quia crimine careret, majestatis accusatum,  
& non convictum capite plexum, hunc sub Opti-  
mo Principe, beatum fato suo defunctum. De illis  
extraordinariis in agendo & scribendo Viris ambi-  
dextris, antiquis & recentibus, judicium Plinii Junio-  
ris verè accommodari potest, quod ita ponat:  
*lib. 6. Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum est,*  
*Epist. 6 aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos*  
*verò, quibus utrumq;* Hæc Quæstio novam parit, nē-  
pe, An Veteres & Recentiores pari passu ambulent,  
& an hi longè ab illis relinquuntur? Quod argumentū  
Tertium Declamatorem exercebit. Hic quidem  
antiquis principatum in studijs doctrinae sapientiaeq;  
lubens concedet; sed tamen inferet, nec hodiè tam  
effætam naturam esse, ut non simile antiquis quid  
papariat. Sed animum huic facit Sapienciae filius Se-  
neca, qui passim hoc inculcat & Nostrā v. cum dico  
opinionem, non alligo me ad unum aliquem ex Stoi-  
cis proceribus: est & mihi censendi jus. Ac alibi:  
Non enim cuiquam me mancipavi, nullius notam  
fero. Multum magnorum virorum judicio credo,  
aliquid & meo vindico. Nam illi quoq; non inven-  
ta,




ta, sed quærenda reliquerunt: & invenissent forsi-  
tan necessaria, nisi & superflua quæsisent. Idem  
iterum alibi: Non ergo sequor priores? facio.  
Sed permitte mihi & invenire aliquid, & mutare, &  
relinquere. Non servio illis, sed assentior. Quar- IV.  
tus Declamator propius ad fontem instituti acce-  
dens, de Anglorum capacissimis ingeniis & studiis  
acerrimis, ex Barclaii, ut aliarum gentium, ita & hu-  
jus nationis exploratoris Iconistæq; felicissimi Ico-  
ne, brevi disseret; ac exempla maximorum & illu-  
strium eruditione Virorum, præcipuè Reginaldi Poli,  
ultimi ex Anglia Cardinalis, & unici, sub Mariæ Re-  
ginæ imperio, Anglicarū rerū motoris & promot-  
oris, cuj<sup>o</sup> invisa & metuenda virt<sup>o</sup> teste Thuano incor-  
ruptissimo, ipsum à culmine Sedis, ut vocant, Petri-  
næ supremo prohibuit, in medium adducet luculen-  
tiora. Quintus ex occasione Baconis Cancellarij V.  
Auctoris nostri, de literis & Philosophia Cancellario;  
Sextus de Historia & Politicis; Septimus, de Lin- VI.  
guarum variarum scientiâ, & Eloquentia; Octavus VII.  
de Jurisprudencia, tanto Togatorum Virorum Prin- VIII.  
cipe, dignissimis ac maximè necessariis studiis, ex  
V. CL. Hermanni Kirchneri Morvillerio, seu de  
Officio & Dignitate Cancellarii, nonnulla excerpta  
dabunt. Nonus paucis probare conabitur Baco- IX.  
nem nostrum in studijs & actionibus consummatif-  
simum fuisse Virum; qualem ipse ex conscientia re-  
ctè factorum se per omnes honorum ac titulorum  
gradus

gradus evectum, & longá experienciã edoctum, gra-  
 phicè, in subtilissimo & utilissimo pariter Volumine  
 de Dignitate & Augmentis scientiarum, descriptum  
 X. posteritati reliquit. Decimus Elenchum Scriptorum,  
 in nostris quidem oris, visorum, maximam partem  
 Vernaculâ Auctoris Linguâ conceptorum, (nomi-  
 natim De Sapienciã Veterum, De Ventis; Novum  
 Organum, Silvam Silvarum, sive Novum Atlan-  
 tem, opera polymathica, Historiam Regni Anglici  
 sub Rege Henrico VII. Fideles Sermones Ethicos,  
 Politicos, Oeconomicos, Fabrum Fortunæ, Colores  
 XI. Bonos & Malos) exhibebit. Undecimum com-  
 pendiosa Fabri fortunæ explicatio ex mente Aucto-  
 ris hausta, & doctrina præliminaris, occupabit. De-  
 XII. niq; Duodecimus Declamatorum Corollarij loco  
 inquiret, an Faber fortunæ priscis etiam cognitus &  
 descriptus fuerit; ac probabit eum & Græcis & Lati-  
 nis præcognitum fuisse. Ex Græcis sanè Heraclitus  
 cognomento Apathes, ob naturæ tristitiam & arro-  
 gantiã dictus, cognitam fuisse attestatus est, inquitens  
 ἦθος ἀνθρώπων δαίμων ἵ. *mores fingunt homini fortunam.* Et  
 Carneales citante Fulgentio: πᾶσα τύχη αἰσθησι φρονήσιος  
 καλομένη ἵ. *omnis fortuna in sensu Sipientis habitat.* Ro-  
 mani Græcos, ut in coetera sapientia, ita & in hac re  
 secuti, idem senserunt. Nam sapiens ille Comicus  
 Trinum pulchrè inquit: *Sapiens pot ipse fingit fortunam sibi.*  
 2. 2. Et Cornelius Nepos de Attico vetus proverbiale di-  
 in Vita cterium asseruit: *Sui cuiq; mores fingunt fortunam.*  
 Att. c. II. Hæc

Hæc brevia effata declarat ipse Sapiens in Parad. Tul-  
lius. *Nec ulla Res est, quæ plus apud sapientem polleat, in Parad.*  
*quam ipsius Voluntas atq; Judicium. Cui quidem etiam,*  
*quæ vim habere maximam dicitur, Fortuna ipsa cedit, si-*  
*cut sapiens Poëta dixit: suis ea cuiq; fingitur moribus. Sed*  
certissimus Auctor Sallustius eandem fortunæ fabri- 1. Orat.  
cam C. Cæsari tribuens ita ait: *Sed res docuit, id verum de Ord.*  
*esse, quod in Carminibus Appius dixit: Fabrum esse sua Rep. ad*  
*quemq; fortunæ. Patavinus etiam Scriptor alicubi hæc Cæs.*  
in primis feliciter sibi fabricandæ fortunæ Archite-  
ctonicen Catoni Majori, sanctissimo illi Romanorū  
Corculo tribuit, his verbis: *In hoc viro tanta vis animi*  
*& ingenii inerat, ut quocunq; loco natus esset, sibi ipse for-*  
*tunam facere videretur. Sed distinctiuncula opus est:*  
viderunt olim & præviderunt antiqui illi Sæmones  
Græci & Latini; sed ille ab altero orbe oculatus Ar-  
gus hunc Fabrū Fortunæ pervidit, & certis præceptis  
& regulis inclusit; quas qui observaverit, næ ille, ut  
aliàs virtutis suæ, ita & fortunæ scientissim⁹, cū bono  
Deo fiet Artifex. Ut v. materiã illam verè Politicam  
prælibemus, Octo Pueris Particulã de Notitia aliorū  
versibus diffictam, memoriter recitandam tradidi.  
Sed ut navigium quoddam in mari procellæ & fluct⁹  
longius abripiunt; ita quoq; ubere hac materia abre-  
ptus, vix scribendi modum invenio. Quod reliquum  
itaq; est, VIRI MAGNI, DOCTI, BONI, cum de-  
bitã cuicunq; honoris præfatione, ad institutam hanc  
Fortunæ Fabricam, vos partim devotè, partim offici-  
C osè,

osè, partim amicè invito, & ut prima hujus Decla-  
matoriæ fabricationis initiamenta & pericula no-  
stræ Juventutis contemplemini, ac, cum ex Liberali-  
tate Inclutissimi Senatûs Nostri Præmia diligentia  
Scholasticæ anniversaria, & Donativa futuris Pa-  
triæ civibus à me Nummaria, emblematis memora-  
bilia, distribuenda sint, sortes & merita Adolescen-  
tum & Puerorum benignè arbitremini. Quod in  
omni Rep. illud quoq; in nostra Literaria & Scolasti-  
câ, Lycurgi judicium valeat: *Duo sunt, quæ juven-  
tutem instituunt ac formant, delinquentium castigatio  
& bonorum præmiatio. Ad utrumq; n. horum aspi-  
cientes, illam quidem ob metum fugiunt, hanc ob  
gloriæ studium concupiscunt.* P. P. IV. NON. IUNI.  
A. C. clolc XLIX.

Orat. in  
Leocra-  
tem.



Elen-

# Elenchus Personarum & Materiarum.

## ADOLESCENTES

Declamabunt:

1. Abraham. Klimpke Fischbachio-Hirschbergensis; quod sensus pluribus intentus sit ad singula minor.
2. Johan. Dobenecker Vratislav. An Agendo & Scribendo simul aliquis Ambidexter sit?
3. Christoph. Pohl Vratislav. An Veteribus Recentiores sint concolores?
4. Adamus Albinus Bicinâ-Silesius; De Anglorum Ingeniis & Studiis.
5. Simon Grundman Hirschbergâ Falcohainensis, De Literis Cancellario dignis generatim.
6. Godofred. Castner Silentio Marchicus; De Historico Cancellarii studio.
7. Johan. Sigismundus ab Haunold; De Lingvarum & Eloquentiæ Studiis Cancellarii.
8. Johan. Alberti Vratislav. De Jurisprudentiâ Cancellarii.
9. Michael Tilesius, Hirschbergâ-Silesius; Franciscum Baconem, in Anglia olim Cancellarium, in Studiis & Actis fuisse perfectum.
10. Johan. Frid. Tilesius Hirschbergâ-Silesius; De Elencho Scriptorum Baconicorum.
11. Johan. Daniel Major, ELIÆ Fil. Vratislav. De Fabro Fortunæ Baconico summatim.
12. Henricus Vollgnad, Vratislav. An Faber Fortunæ etiam priscis cognitus & descriptus sit?

PUERI



## PUERI Recitabunt:

1. Wolfrom Christianus ab Artzat, puellus /  
quadriennis & quadrimestris.
2. Mauritius Sigismundus à Seidlitz.
3. Michael Liebetantz.
4. Samuel Schaf.
5. Christoph. Freiwald.
6. Johan. Georg. Götz.
7. Andreas Strelitz,
8. Caspar Helle.

Particulas Fabri Fortunae Baconici  
versu diffetas, de cognitione  
hominum ahorum,  
summaria.



Ung. VI 58 (10)

ULB Halle 3  
002 686 287



Sb,

VD17  
Sep. 2000 Pd.









B.I.G.

Farbkarte #13

*Simiq<sub>3</sub> Viri*

**BACONIS**

**AMIO,**

**ALBANI,**

*entissimog<sub>3</sub>*

**I.**

82

Rege,

illi Custodis,

Cancellarii,

Principis,

**TUNÆ,**

**ITU VITÆ,**

**ONÆ MENTIS**

**NA,**

*ces temporum edendis,*

*i Examinandum,*

**TIO;**

ariâ Donativo-

n Panegyri,

*C. cl<sup>o</sup> Id<sup>o</sup> XLIX.*

**COLERO,**

tiæ Professore.

*orgl Baumann.*